

(Påven Gregorius XI) tillskriver Verner (Henriksson) Svarte, kanik i Västerås. Eftersom ett kanonikat och en prebenda vid Västerås domkyrka, vilka tidigare innehades av Halsten Nilsson, kanik i Västerås och kaplan vid påvestolen, nu blivit vakanta genom Halstens död, providerar påven Verner Svarte, som säger sig under lång tid ha studerat vid artesfakulteten i Prag, med nämnda kanonikat och prebenda, vilkas årliga avkastning sägs ej överskrida 40 guldfloriner. Provisionen skall ej hindras av tidigare påvliga medgivanden, bland annat till biskopen och domkapitlet i Västerås, och inte heller av att Verner innehar (prästerlig tjänst vid) ett altare i S:t Nikolai kyrka i Stockholm i Uppsala stift.

Efter samma formulär utfärdar påven skrivelse till ärkebiskopen i Uppsala, dekanen vid S:t Agricol's kyrka i Avignon och ärkedjåknen i Uppsala med uppdrag att insätta Verner i nämnda kanonikat och prebenda och tillse att dessas alla inkomster och rättigheter redovisas för honom.

Reg. Vat. 273, fol. 298r-v, Vatikanarkivet.

Förtecknat: Y. Brilioth, Den påfliga beskattningen af Sverige (1915), s. 380.

Jfr brev 1370 8/10 (DS nr 8213), vari Stockholmsborgerskan Gertrud Kansten inrättar (S:t Andreas') altarstiftelse i S:t Nikolai kyrka och utser systersonen Verner Henriksson Svarte till prebendans förste innehavare. Härom se även Stockholms kyrkor I:1 S. Nikolai el. Storkyrkan I. Församlingshistoria (Sveriges kyrkor, 1924), s. 27 ff.

Om Verner Henriksson Svarte se G. Ekström, Västerås stifts herdaminne I:1 (1939), s. 508 ff.

Dilecto filio Wenero Swarthe, canonico Arosiensi, salutem et apostolicam benedictionem · Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedignorum commendaris testimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales · Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque ecclesiastica beneficia quorumcumque^a sedis apostolice capellanorum tunc vacancia et inantea vacatura collacioni et dispositioni nostre reseruantes decreuimus / extunc irritum et inane, si secus super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari · Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Arosiensis, quos quondam Halstannus Nicolai, ipsius ecclesie canonicus ac dicte sedis capellanus, dum viueret, obtinebat, per ipsius Halstannj obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacauerint et vacare noscantur ad presens / nullusque preter nos ac^b vice de dictis canonicatu et prebenda disponere potuerit neque possit reseruacione et decreto obsistentibus supradictis / nos volentes tibi, qui, ut asseris, in ciuitate Pragensi in artibus longo tempore studuisti, premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, predictos canonicatum^c et prebendam^c / quorum fructus, redditus^d et prouentus^d quadraginta florenorum auri valorem annuum, ut asseris, non excedunt, sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus / iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam prouidemus / decernentes, prout est, irritum et inane, si secus super hijs^e a quoquam^e quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus uel contingerit^f imposterum attemptari / non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrarijs iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis · aut si aliqui apostolica vel alia quauis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti uel ut recipiantur insistant · seu si super prouisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis / uel legatorum eius litteras impetrarint / eciam si per eas ad inhibitionem, reseruacionem^g et decretum^g vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecucionem dictorum canonicatus et prebende volumus anteferri / sed nullum per hoc eis quoad assecucionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari · seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filijs capitulo Arosiensi vel quibusuis alijs communiter uel diuisim a predicta sit sede indultum, quod ad receptionem uel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint / quodque de

canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie uel alijs · beneficijs ecclesiasticis ad eorum collacionem, prouisionem, presentacionem seu quamuis aliam disposicionem coniunctim uel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem / et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali uel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus^h huiusmodi nostre gracie impediri valeat quomodolibet uel differri / et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis · aut si presens non fueris ad prestandum de obseruandis statutisⁱ-et consuetudinibusⁱ dicte ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum / et cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes, seu quod quoddam altare in ecclesia sancti Nicolai Stokholmis Vpsalensis diocesis nosceris obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collacionis, prouisionis, constitucionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum · Datum Sallone Arelatensis diocesis ij · kalendas Julij, pontificatus nostri anno quarto ··

In eodem modo · venerabili fratri archiepiscopo Vpsalensi et dilectis filijs ·· decano sancti Agricoli / Auinionensis / ac archidiacono Vpsalensis ecclesiarum salutem etc. Laudabilia probitatis etc. vsque "obtinere". Quocirca discrecionj vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo / aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Wernerum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende iuriumque^j-et pertinenciarum^j predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum / amoto exinde quolibet detentore / facientes ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad dictam prebendam in eadem ecclesia Arosiensi in canonicum recipi et in fratrem stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis sibi et de ipsorum canonicatus^k-et prebende^k fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi · non obstantibus omnibus supradictis · seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusuis alijs communiter vel diuisim a predicta sit sede indultum / quod interdicti, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam^l-et expressam^l ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem · contradictores auctoritate nostra etc · Datum ut supra.

^a Härefter capellanorum överstruket ms. ^b D.v.s. hac. ^{c-c,d-d,e-e} Hopskrivet ms. ^f Så ms för väntat contigerit eller contingeret; fut. ex.formen contingerit är dock inte ovanlig i medeltidsurkunder, jfr DS nr 8711 not i. ^{g-g} Hopskrivet ms. ^h Härefter earum överstruket ms. ^{i-i,j-j,k-k,l-l} Hopskrivet ms.